Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



nis suae pphārū uocē scriptū & prius susceptū exhibendū & post intellegendū mostrat alib: aperuit.
Spūs dñi super me propter quod unxit me euangelizare pauperibus misit me ēp̄dicare captiuis remissionem & cecis uisum.
Loquens supra de uocatione gentium & ecclesiae confirmatione pphām saluator cum intrōisset dicere cōpit. Egō dñs in tempore suo subito faciam istud confestim hoc qđ hic lectum ē intulit spūs dñi sup me. Non quod dñs dē habeat dnm dñm sed quo iuxta dispensationem carnis adsumpte dicat ea quae humiliauit. Adquem psalmista iam dixerat.
Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo laetitiae p̄ consortib: tuis.
Quando enim consortes nominantur: natura tm carnis intellegere quasi consortes substantiae suae nos habē & quia eiusdē unctionis spiritalis & ne qua quā humani corporis ut fuit insacerdotib: iudaeorum. Idcirco p̄ consortib: id ē ceteris fidelibus unctus ē memorat. Cuius unctionis illo explēdā ē tempore quando baptizatus ē in iordane & spūs sc̄s in specie colūbe descendit sup eum & mansit in illo. Unctus ē igitur oleo spiritali & uir ante caelesti ut pauperem conditionis humanae thesauro resurrectionis rigaret & aeterno. Captiuitatem mentis auferret & caecitatem inluminaret animorum. beati inquiens pauperes qui aurē ē regnū dei. & iterū. si uos filius hominis liberauerit uere liberi eritis. & iterum. qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen uitae aeternae.
Dimittere confractos in remissionem praedicare annum dñi acceptum & diem retributionis.
Sacrificium inquit deo spūs contribulatus cor contritū & humiliatū dē non spernit. atq: ideo missum siue unctum se dicit ad medendum confractis siue contritis corde. Iuxta qđ & psalmista de illo. qui sanat inquit contritos corde & alligat contritiones eorum.
Uel cessed. mittere confractos in remissionem eos qui legis pondere grauati atq: inposita sibi fuerunt depressi releuari atq: in remissionem uenit gratiae spiritalis admittere & hoc ipsum ē p̄dicare annū dñi acceptum. Tunc enim uerus iobelei id ē libertatis annus aduenit. tempus uidelicet & ecclesiae quo in corpore uersatur peregrinatur ad dñm. De quo psalmista canit. benedicis coronā anni benignitatis tuae. Neq: enim ille quod dñs p̄dicabat solus fuit acceptabilis. sed & iam iste quo p̄dicat apostolus dicens. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. post annum sane dñi acceptabilem & iam diem retributionis extremē p̄dicat dicens. filius hominis uenturus ē in gloria sua cum angelis suis & tunc reddet unicuique secundum opus eius. Adunta igr̄ haec euangelizanda uel legenda. Idcirco dicit missū quia spūs dñi ē super eū.
Et cum plicuisset librum reddidit ministro & sedit.
Librum dñs omnib: qui adesse nt audientib: legit. lectum uero ministro reddidit quia sicut ipse alibi testatur. cum ē in mundo palam loquutus ē mundo semp docens